

Band IX., Nr. 4180, Seite 500-501

Schenk Hermann von Otterswang beurkundet die Schenkung des Hofes in Olzreute durch Ritter Johann von Ringgenburg an Kloster Schussenried.

Ohne Ortsangabe, 1291. (Nach Oktober 15.)¹

In nomine domini. Amen. Ne facta hominum transeant in oblivionem cum tempore, scriptis et testibus debent confirmari. Universis igitur quibus presentes ostense fuerint Hermannus pincerna de Otolfswanch notitiam rei geste et subscriptorum. Noverint universi tam presentes quam futuri, quod ego fideli rogatu a domino Johanne milite de Ringenburch obtinui, quod ipse sua innata pietate pro salute anime sue proprietatem cuiusdam curie site in Wlzluti, que sibi hereditaria proprietate pertinebat, quam etiam Cûnradius dictus Botelunch iure feudali ab eo possidebat, venerabilibus fratribus monasterii in Schussenriet dignaretur conferre perpetuo possidendam. Qui nutu dei precibus meis acquiescens et de voluntate iam dicti Cûnradi curiam prenominatam cum omnibus suis pertinentiis per manus meas libera donatione transmisit, quam bona fide, secundum quod de me bene presumentum fuerat, honorandis dominis Alberto preposito et conventui memorati monasterii presentavi quiete possidendam. Cum vero fratres prenominati curiam prelibatam titulo emptionis pro decem et novem marcis argenti puri et legalis ponderis sibi comparassent de meo consilio et favore, in hunc modum ad cautelam pro ipsis presentibus obligavi me prestando ponendo confitendo werandiam quod vulgariter dicitur wer pro dicto Cûnrado dicto Botelunch et sua uxore Adelhaidi fratribusque eiusdem et suis heredibus ad annos XII secundum consuetudinem terre approbatam. Ne autem monasterium sepius nominatum in sua emptione ac donatione prescripte curie ab aliquibus possit ac debeat molestari, presens instrumentum sigillo meo roboratum eidem contuli in evidens testimonium et cautelam. Testes huius rei sunt: Wolfgangus miles de Walse, Waltherus dapifer de Warthusen, Waltherus de Mûnogoltingen, Hildebrandus miles de Brunsberch², Andreas miles de Lanquat³, Hainricus Stamelarius miles, Helwigus de Essendorf, Hainricus de Mûlibrunne⁴, Rûdolfus Veser, Liutrampus minister de Biberach et alii quam plures.

Acta sunt hec anno domini MCCLXXXI., indictione III.⁵

¹Mit Rücksicht auf Urkunde WUB, Bd. IX, S. 500, Nr. 4179.

²Burgstock, Bad Saulgau, SIG.

³Heute Herrlishöfen, Warthausen, BC.

⁴Vielleicht Maulbronn, Maulbronn, PF.

⁵Vgl. Urkunde WUB, Bd. IX, S. 500, Nr. 4179.



Textabdruck folgt dem Original.

Abhängendes beschädigtes Siegel, s. WUB, Bd. VII, S. 329, Nr. 2450.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 506 U 1070

Überlieferung und Textkritik:

Original und Papierkopie.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Bad Schussenried Wohnplatz (17071)

Bad Schussenried, BC

Bad Waldsee Wohnplatz (18837)

Bad Waldsee, RV

Biberach an der Riß Wohnplatz (17113)

Biberach an der Riß, BC

Burgstock Wohnplatz (21293)

Burgstock, Bad Saulgau, SIG

Esenhausen : Wilhelmsdorf RV

Esenhausen Wohnplatz (20574)

Herrlishöfen Wohnplatz (17748)

Herrlishöfen, Warthausen, BC

Maulbronn Wohnplatz (7043)

Maulbronn, PF

Mundeldingen Wohnplatz (16912)

IV

Mundeldingen, Oberstadion, UL
Olzreute Wohnplatz (17083)
Olzreute, Bad Schussenried, BC
Otterswang Wohnplatz (17084)
Otterswang, Bad Schussenried, BC
Unteressendorf Wohnplatz (17279)
Unteressendorf, Hochdorf, BC
Warthausen Wohnplatz (17758)
Warthausen, BC